ens cōtra arduos et ardua dīmi
cat et luctat. Sed pro certo de
suā migratā presūptionē humili
at et cōterit et ipsū a bestijs sal
tus i a supbis hostib⁹ cōculari
p̄mittit ipsūq; vīca capi subici
cūitate et regnū eius destruī fa
cit et finaliter ipsū p proprios
subditos suos p̄di occidi vel ali
as molestari sinit et sic qz cōten
tus nō fuerat gloria sibi data a
liud infortium triste sibi reddit
Bene igit̄ dicit̄ eccl̄ iij Altiora
te ne quiesceris. Qui em̄ de data
gloria migratus extitit et ad ma
iora indigne ambivit vtrūq; p
dere dignus est Iuā iij Contē
ti estote stipendijs vestris Vl
dic moraliter q̄ sepe fit q̄ qui e
dom qui interpretat̄ sanguine
i terrena et carnalia supat exim
de de seipso presūmēs regē isrl̄
idest deū p supbiā impugnat et
ipsū cōtra se prouocat dū altiora
cōgitat atq; temptat et dū mag
in difficultib⁹ certamib⁹ stare spe
rat H̄ reuera sepe fit q̄ a bestijs
saltus idest a demomib⁹ vicijs et
p̄alib⁹ cōculat̄ et dū diuersis
malis cōplacēcijs captus ē sub
iugatur murus iberusalē i for
titudo sue cōsciente laniatur ita
q̄ finaliter p mortem p̄etuam

Regi.

igloriat et sic qz minus meritū et minor gloria sibi nō sufficit s̄ p̄ptias vire⁹ metuēs nō ad dif-
ficiora p̄cedit. vtrūqz dignus est p̄dere et a virtutib⁹ cadendo
vicia incurrere et tādē ad mortē
eternam flebiliter deuemire Ta-
li igitur p̄sūptuoso p̄t dici illud
exodi xvij. Stulto labore consu-
meris. vltra vires tuas ē negocia-
um. melius ē igit⁹ in minori p̄-
fectionis gradu bonū esse q̄y alti-
ora aggredi et petire prima ad
coz iiii. Qui stat videat ne eadat

Hec fit mentio de illo ne-
quissimo rege iuda achaz
de q̄ inter cetera dicitur.
q̄ cū quadā die damascū ad re-
gē assirior̄ descendēt volēs sibi
placere eo q̄y ipsiū de manu reḡ
israel et s̄rie liberass̄. et occiso
rege s̄ri populū eius in s̄renem
trāstuliss̄. vidit ibi altare dama-
sci et accepto exēplari eius misit
illud ad saēdotētiā in iherusa-
lē vt ad similitudinē eius altare
in templo dñi fabricaret. Quo-
facto rex altare eneū mare a lu-
teres tēpli q̄ fecerat salomon de-
posuit et sup paumētū ad p̄tē
aquinonarē posuit. et ex tūc sup
altare nouū relicto alio saēficaē
mandauit. **S**i vis per fatuū ē
gem achaz, intellige quosdā fatu-
os platos vel p̄ncipes qui sc̄z de-
cītate sua. i. ecclā vel collegio de-
ponūt altare. mare et luteres sa-
lomonis idest bonos viros ati-
quos et puectos qui sc̄z sūt mā-

p̄ amara cōtritionē: luteres per
satisfactiū opacionē. **I**llos em̄
q̄s in ecclā vel priā pres̄ sui vel
p̄decessōes collocauerūt et p̄ dñi
liarijs habuerūt ac eos in hōri-
b⁹ et officijs tenuerūt. solēt sup
pauimentum ponere. et ad gra-
dum ifimū deponere. et altaria
damasci que erant altaria ydolo-
rum. i. malos homines et alteri
us nacōis loco eorū substituē. et
eos i suis curijs et officijs pmo-
uē. **N**ouas ei psonas in officijs
suis statuūt et extraneos maḡ q̄y
suos diligūt a eos suis et suorū
antiquis familiarib⁹ dimissis i
suis domib⁹ et curijs introduct
Leui. xxvi. Nouis supuementi-
bus vetera projcentur. **N**oua
enim diliguntur et antiqua fa-
stiuntur. **D**icaut fecit roboam
qui senes consiliaos salomois
dereliquit. et nouos et iuuenes
subinduxit et iō regnum p̄ ma-
iori pte amisit. sicut dicit̄ tercio
regum duodecimo. **C**ōtra quos
dicit̄ ecclā. ix. Ne derelinquas ai-
cū antiquū. **N**ouus ei nō erit si
mitis huic. **V**el dic moraliter
q̄y achaz. i. dyabolus sūme mitis
q̄y in iherusalē. i. in anima alta-
re. mare a luteres salomonis. i.
deuocio. cōtricō. et cōfessio depo-
nāt. et altaē damasci. i. mala in-
tēcio a cultus vicioū vbi fiat sa-
ēficiū. malorū opm iducat. **V**el
dic q̄y malum est regi iuda id ē
vitis ecclesiasticis a eligiosis as-
ſiriorū. idest mūdanorū p̄ncipū

Oit.

curias visitare cultus ydolorum et eorum altaria. i. cultus secularii et eorum mala exemplaria respicere: ad damascum. i. ad mūdanam mūdi negocia descendere. quia pro certo sepe fit quod ad opificium regi assiriorum. i. principibus seculariis cum quibus degut mitum se eis conformare et sic studet in iherusalē. i. in ecclesia et in templo cordis sui altare damasci. i. ritus et ordinis. cultus. pompas et via secularii introducere et altae salomonis. i. cultus religiosus et deo cōsdimittere et facere cessare. in regnum xix. Alta tua destruxerunt et pactum tuum dereliquerunt Quid patet de epis clericis et religiosis quod recte seculares esse videtur et de ecclesiasticis moribus nichil aut penitus pax imitatur Alta est enim damasci exemplarum in iherusalē introduxit quoniam mores seculares ab ecclesiasticis coluntur. Unde iudicium eius. Hapsom descendens in thānata vidit mulierem de filiis philistinorum quod placuit oculis eius. Ideo ipsa in uxore acceptum Quod reuera religiosus in mūdū descendens philistinā et seculare dissolucionē faciliter capit in uxore et iō p̄hibitum est ne in israel uxores alienigenas introducat

Exodus xxxvij.

Postquam rex assiriorum transmisisset filios israel apud medos et in eorum civitatibus medos et babilonicos colossem et terrā israel iphis in hereditate dedisset. factus est pro leōes

imissi a dño ipsos interficiebant. et hoc quod non dūm sed sua ydola colebant et dūm non timebant Hec ipsum est igitur regi assiriorum quod quod gentes quae in israel et in samariā et urbes eius trastulerat nesciebant ritum dei terre. a leonibus occidebantur et quod unus de captiuis sacerdotibus quod ipsos docet colere dūm de babilonia mittet. Unde igitur sacerdotum in bethel rediēs plim deū colere docuit. et sic leonū rabi es quietuit. **Sic vero rex assiriorum.** i. dyabolus mirabile videtur mutantur in terra israel. i. in ecclesia et in babilonia. i. in mūdo fecisse: quod pro certo iam videtur babilomios in israelitas. et israelitas in babilonicos mutantasse Terra enim israel ecclesias designat. babilonia mūdū significat. et sic israelita bonos ecclesiasticos. babilonia reto malos et mūdanos denotat. **Ista est igitur veritas quod rege assiriorum dyabolo percutiente terra israel.** i. ecclesia a viris israeliticis qui interpretantur videntes deū. i. a viris sanctis et religiosis clericis deū contemplantibus viduas. et hoc quod pro certo illi qui israelite esse debuerant in babilonicos. i. in seculares et mūdanos hodie conuertuntur inquantum scilicet in negotiis secularibus se implicant et in babilonem id est in mūdū et in curias et officia principum transferuntur. et sic propterea isti qui sunt in israel non israelite sed postius medi res babilonij noiantur

Hegū.

De quibus apostolus ad romanos nono dicit Nō ei oēs qui ex israel sūt israelite. Ecōtra illi qui p̄pis bonis sciz israeliticis viris .i. scis in mundo succēdūt et de babilone .i. de mūdo modis tēporib⁹ ad eccīe statū remunt et terre ciuitates et castra .i. eccleſie dignitates a beneficia detinent et regunt. non p̄pt hoc israelite .i. sc̄i cōtemplatiui et discreti fiunt sed pocius babilonij .i. mali cōfusi et pccores p̄fūt. Isti em̄ deū celi non colunt nec seruunt nec mandata eius custodiūt. h̄ ydolis suis bonis temporalib⁹ p̄ auariciā vel ydolis .i. ignaris nepotibus p̄ carnis affectiōem vel idolis .i. pictis et pulchrīs mulierib⁹ p̄ luxurie infectionem intēdūt. q̄ p̄pt cū ritum dei terre .i. religiom⁹ et deuocitiōis cultū et dīmū seruiciū videant nescire. h̄ poca? cultū de orū terre de q̄ remūt et vsū vici orū seculi solēt colēt et sentire. Iō sic videt ad oculū isti a leomib⁹ .i. a tirāmis et p̄ncipib⁹ incursant et rapimis et molestijs deuorāt. De eī nō vult q̄ quis habit̄ in terra israel .i. eccīa sua sibi suiat n̄ ipsum diligat atq; colat. Alioquin si quis ibi existēt dijs alienis .i. dēomib⁹ vel vicijs vel t̄palib⁹ diuicijs vel delicijs seru erit p̄auldubio a leoib⁹ idest de momib⁹ vel tirāmis subpeditabitur et pibit. Jē. l°. Ḡrex disper sus israel: leones diecēt eum

Primus cōedit eū rex assur Na bugodonozor nouissim⁹ exossauit eū. Vel dic q̄ babilonij fūt israelite et econtra inquātū sciz hodie seculares vident deum et sunt meliores q̄ clerci .et ecclā sunt mundani et deteriores q̄m layci. Vide iudicū vi. de area vbi meli? Hic habes q̄ samaritā q̄diu fuēt sine saēdo te dīm a leo mib⁹ fuēt ifestati. at vbi saēdos dīm reit ad ipos q̄ cultū dei ipos do aut ira leonū erga ipsos d̄qe uit. In q̄ notari p̄t. q̄ saēdotis .i. curati plati boni doctoris vel clerici p̄sentia multū ē nccāria. In p̄mo enim absente popul⁹ cultum dei terre .idest cultum et execucionem diuinorum mandatorum ignorat. cum non beat q̄ doceat et iō apud eos leonū .i. dēonū viciorū .hereticorū tirānorū vel aliorū malorū copia abūdat. q̄ ipsos tēporalit et eternaliter deuastat Pro. xi. Vbi non est gubernatio popul⁹ corrū et Ecōtra vbi saēdos dīm .i. boni plati curat p̄dicator vel doctor affueit q̄ edoc̄ p̄plū ea q̄ sūt dei solēt p̄dcī leoē d̄q̄selcē et populus iuste ac pacifice viuēt et manēt sicut de damiele dicitur q̄ q̄ scūs erat in medio leonū sedens ab ipis mīme ledebat. Vn d̄ t̄līb⁹ saēdotib⁹ d̄ ad heb. xi. Obtu rauēt ora leonū .rē. Hic bēs q̄ cum rex assiriorū varias gētes de babilone et de alijs gētiliū p̄ uicijs in samariam et in terram

isrl trāstulisset. et vtraq; gēs fa
bricavit sibi dēū suū. fecerūt quo
q; sibi sacerdotes exalson; de no
uissimis pplis et ponebāt eos in
phamis sublimib; et exēutes in
terrā isrl adorauerunt sculptilia
h" q; didicerāt in terra nativitatis sue. vsq; in pñtem diē sequū
tur more āiquū. et dato q; iste
gentes dñm colerēt. dijs tñ suv
michilomin? huierūt. vñ isti sa
maritam dicti sūt qui in terra is
rael de babilonia trāstati cultū
qui dē dei rōperūt sed cultū ydo
loz nullaten? dimiserūt sed pos
cius vñ cū alio coluerūt. vnde
et textus dicit hic q; fuerūt que
dā gētes iste dēū timētes sed ni
chilomin? dijs suis seruientes.
Isti igit̄ sūt illi samaritani de q
bus euāgelia faciūt vocēs men
tionē. qui sc̄ amotis israhelitis
in terra isrl sūt loco eoz trāstati
Ista possunt allegari ad mul
ta et exēplariter et mīstice. et iō
bic notari p̄t q; malū ē a malis
pntib; origīnē trahē. qz pculdu
bio ydolatrias. i. peccata et via
q; apud eos didicerūt et quib; u
uentutē suā imbuerunt. vir aut
nūq; possūt dimitte. Sed dato
q; ad terrā israel vel eligionem
trāfferant et q; qndo q; in cultu
diuino et in bonis opib; occupē
tur michilomin? mox āiquū et
secularē quē didicerūt et titū so
lēt firmiter obhuare Illud vide
m? de filijs usurarioz qui statim
fiūt usurarij **Videm?** etiā de rusti

as rudib; **D**ato q; fiāt ep̄i et cle
rici semp tamē modū antiquū il
liberalitatis huāt. et dato q; pñ
dēū terre israel colūt. i. dato q;
in aliquib; viris iustis et nobi
lib; cū quib; habitant se cōfor
ment. ydola tamē terre sue. i. vi
cia in quib; nutriti fuerūt semp
tenēt. pū. xxij. **A**dolescēs iuxta
viā suā etiā cū senuerit non rece
det ab ea **V**el dic cōtra illos q
vtrāq; rīpā volūt pascere. et mū
dam et religiosi esse. simul deo et
ydolis seruire et exēudo in terra
isrl. i. in eccliam vel eligionē vna
cū cultu et seruicio diuino qđ fa
ciūt volūt ydola. i. mūdū. carnē
vel diabolū colē. vel mūdana ne
gocia ptractaē cū tamē dicat do
min? q; nemo p̄t duob; dñis h
uire **M**ath. vi. ca. **S**ed de h̄ vi
de p̄mo r̄gū v. vbi agit̄ de illis
qui ydolū dagō iuxta archā dñi
posuerūt **V**el dic q; inter illos
quos rex assirioz dyabolus in
troducit in terra israel. id est in
eccliam. samaritani qui interp̄
tant custodes id ē mali p̄lati so
lent hodie de nouissimis id ē de
psomis indignis sacerdotes fa
cere et eos i famis sublimib; id
est in altis dignitatib; exaltare.
et sic mali malos solent vt v̄ter
pmouē **V**nde iij regū xij. **Q**ui
cūq; volebat implebat manū su
am et siebat sacerdos exēsorū
Vel dic q; qndo aliq; in terra
israel. i. ad p̄laç; ecclasticā vel
ad quācūq; secularem vel aliam

Regū.

digitatem trāffert et samarita
nus .i. custos platus iudex vel
officialis efficit .stinuo idola su
e terre .i. hoīes de patria sua ai
cos cognatos vicinos ad modū
ydoli insensibiles et ignaros se
cū trāfferre conaf et ipsos hōra
re .p mouē et in famis exēls et
in altis digitatibꝫ astituē ma
chinaꝫ et plus ipsos ꝓ dēū colē
et diligē aliquociens gloriaꝫ .
Eze. viii. Pdola vniūse domꝫ is
rabel depicta erant in piete et in
circuitu p totū : et semiores isias
bel offerebant incēsum : et ie
chomias filius sapban stabat i
medio eorum stantium ante pi
cturas . et vnuſquisq; babebat
thuribulum in manu sua . Et be
ne dicitur in circuitu per totum
quia sc̄z tota ecclia vel collegium
plena sunt talibus ydolis pla
toꝫ Omnesq; parietes ac om
nia beneficia ecclie p eos occupā
tur . et ideo non mirum si tales a
leomibꝫ idest a malis principibꝫ
infestantur . **Vel** allega de scis
maticis qui partim colunt deum
et partim dyabolum . inquantum
ptim bene credunt et parti ma
le : et ideo leones idest gentiles e
os deuorant . et cetera
Nequitur aliud capitulum .

Ezechias rex iuda qui
interpretatur confirma
tus a domino . contriuit
statuas . dissipauit exēlsa . succi
dit lucos sperauit in domino : fo

cit quod bonum est . rebellavit
contra regem assiriorum . et ser
pentem enēū quem fecerat moy
bi incēsum offerens hactenus
ydolatribat ipm in puluerē cō
minuit . **Sic** bonus prelatus
debet ab ecclesia euertere ex cel
sa .i. supbas statuas et in malo
stabiles et obstinatos . lucos id
est in vanitate lucidos et curio
sos : serpentem enēum idest ipo
critas maliciosos clamatos et
litigiosos : debet etiam bonum
facere et semper in domino con
fidere : et regi assiriorum idest di
abolo in omnibus repugnare .
Vel dic q; iste rex est deus . q
bene videt in tēplo ecclie aliquē
serpentem enēum idest aliquem
maliciōsum serpentinum ypocri
tam vel ad modum etis nō sen
sum sed sonum idest non opera
sed verba habentem a populo a
dorati et honorati et tamq; de
um idest tamq; virum iustum
coli ac venerati . indignans solet
quādo q; eum frangere seu etiā
annichilare . vt sic qual erat pos
sit ab omnibus apparere vel frā
uerem per humilitatem reducē
re idest reprehenderet vel i pul
uerem per torrentem cedron proijœ
re idest ad lacrimas prouocare .
Psa. decimo sexto capitulo In
briabo te lacrima mea esbon et
eleale et quoniam super vndeī
am tuam et super messem tuam
vox clamantium irruit : et cetera

Sennacherib rex assiriorum ascens super terram iuda cepit et vastauit ciuitates munitas. et hoc quia ezechias rex iuda a fuitute eius recesserat et in domino sperans tributum sibi nescauerat. Ezechias igitur nuncios ad ipsum dirigit thesauros templi et thesauros regios sibi mittit quinque movalias templi laminis aureis spoliat et omnia sibi tradit. et nichilominus ira sua non flectitur sed ad obsecenduz etiam iherusalem se conuertit. quod videns ezechias ad precadum dominum flendo conuertitur. cuius precibus dominus motus contra sennacharib debachatur et misit angelum suum qui centum octoginta et quinque milia hominum assiriorum in exercitu una nocte perenit. Qui in mane videns cadavera mortuum timidus abiit in terram suam et recessit: ubi in templo dei sui adorans a propriis filiis interfectus extitit: et sic illum quem ezechias muneribus non vicebat oracionibus superauit. Allega illud de efficacia orationis. Etiam quomodo deus solet tunc precipue iuuare quando omne humanum solacium solet deficere et quando toto affectu solet homo se ad deum per orationes dare. Vel dic quod ille tyrannus significat mundi principes et tyrannos: ezechias qui fidelis erat significat viros ecclesiasticos per-

latos. Ista est tunc rei veritas quando ezechias bonus prelatus cessat tributa seruicia regibus tiranis dare et ab eorum seruicio iugo et obedientia se volunt subtrahere et per extu liberatis ecclesiastice liberare statim ad ipsum deuastandum currunt urbes et castra rapiunt et temporalitates suas ad manus suas ponunt et ipsis dare munera non solum de thesauris propriis ymo etiam de thesauris dominii id est de bonis ecclesie ipsum cogunt. et quandoque necesse est ut portas ecclesie id est ecclesie subditos talliando spolient ut munera regi assiriorum id est principibus secularibus mitant ut ad litteram videmus de multis fatuis prelatis qui proprios subditos grauant ut inde principum secularium amicicias sibi querant. Sed reuera illud improbis tiranis non sufficit: quia talibus muneribus incitatur et ad grauiora facienda multociens plus anhelant. Igitur ista est veritas quod pro libertate ecclesie obtinenda non est utile principum vel secularium amicicias querere nec diuicias ecclesie ipsi distribuere cum ipsis magis inde soleant irritare. Sed vnum et solu est remedium ad deum recurrere orando fletus et ieiunia facere et causas ecclesie deo solummodo commendare quia reuera si ezechias id est prelatus

Hegū.

illud fecerit deus p ipso pugna-
bit. potestas tiranorum subuertet
et ecclesia de ipso manibus libe-
rabit. **P**salmistā liberasti eī nos
de afflignantibꝫ nos. et odientes
nos disperdidisti. pmo. macha-
beorum primocapitulo. **N**on
est aliud qui pugnet pro nobis
m̄ si tu deus nō st̄.

Sequitur aliud capitulum

DE sanatione ezechie et de
additione annorum. et
retrocessione solis. Vide
psaye tricelimo octauo. vbi ex-
posui. **D**e hoc autem q̄ rex ba-
bilonis misit nūcios cum mune-
tibus ad ezechiam salutandum
et eum super curacione sua con-
ḡtuland. et h̄ secundū iosephū. qz
babilonij adorāē solēt solē et qz
videāt solē retrocessisse et audi-
uerunt ab ydolis suis hoc pp-
ter infirmitatem regis iuda fac-
tum esse miserunt ad eum et ip-
sū quē sol deus eorum adorāē de-
creuerat. honorandum c̄esuerūt
Quibus honoribꝫ ezechias allec-
tus legatos q̄ plurimū honora-
uit. et omnes thezauros suos.
cellas aromatū sepulchra regū
et pp̄betarum secundum come-
storem et breuiter omnia absco-
dita et suas diuicias et gloriā
ostendit eis. **D**e quo indignās
dominus p psaiam eum acriter
reprehendit. et q̄ thezauri sui
ad būc essent deferendi in babi-

lonē et filiū sui a babilonijs cap-
tuandi sibi cōminādo predixit
Quibus auditis ezechias hoc so-
lū respondisse fertur. Bonuſ est
sermo quē locutus est dominus
tantū sit veritas et pax in diebus
nostris. **I**sta possunt allega-
ri ad multa. et hoc primum Qz
ne sim? peiores babilonijs nos-
ter sol iusticie cristuſ honorauit
scilicet pauperes debiles infir-
mos. et maxime reges iberusa-
lem id est bonos ac virtuosos vi-
ros ecclesiasticos et religiosos p-
latos honorare. et eos cum mu-
neribus et elemosinis visitare.
Deuteronomij decimo capitulo.
Deus amat peregrinum: et vos
amate pegrinum. et cetera **C**
Vel illud allega q̄ fatuum et in-
sipientium est abscondita et se-
creta sua extraneis et ignotis re-
uelare. quia i de solent plura ma-
la euemire: quia dum diuicias
nostras alijs ostendimus ipsos
ad furtum vel ad rapinam sole-
mus amplius incitare. **V**nde in
libro proverbiorum salomonij
vicesimoquinto capitulo dicit
Decretum tuum extraneo ne re-
ueles. et cetera. **C**Vel dic q̄ the-
zauros nostros scilicet virtutes
interiores. vel eciam alia bona
exteriora ppalare. et in publicū
boibꝫ pp̄ter manem gloriā a-
lijs ostendere seu reuelare nō de-
bemus: alias occasionem subtri-
piendi ipsa demonibꝫ darem?

Cur.

Vnde ecclesiastici viij. Non omni homini cor tuum manifestes Et hoc quia sedm gregorii. de predari desiderat qui thesaurum publice portat. **D**el allega qd quicunqz rex debet reprehensiones prophetarum id est predictorum et domini comminaciones pacienter audire et cunctu infortuniorum voluntati dei superponere a p pace sibi danda suppliciter exorare. Dominus inquit est: quod bonum in oculis suis sit fiat. **E**zechias rex optimus filium et successorem pessimum habuit scz manassen regem iuda et ydolatram augurem hominidam. qui scz iberusalem ciuitatem implevit sanguine usq ad os et ysaiam serram lignea scidit. Tandem amon filius suus pessimus iterum bonum filium scz iosiam genuit qui iter optimos numeratus gloriose regnauit. Qui iterum ioacham qui etiam malus extitit pereavit. **I**stud allega. qd bonitas vel malitia a parentibus non procedit: quia sepe fit qd boni parentes generant malos filios: a mali bono et cetera.

Hec habemus qd iosias rex teria iuda et isabel pleu nam ydolis inveniens et altaria et excelsa ydolorum destruxit. et sacerdotes ydolorum et excelsorum occidit et ossa humana super altaria combussit. currus solis cremauit et equos

soli dicatos abstulit et aruspices et effeminatos et eos qui adolebant inueniunt baal et soli et lune et duo decim signis et vniuersitate milicie celi abstulit et amouit cultumqz dei perditum restaurauit et pascha solempnissimum in iberusalem celebrauit. **D**ic qd iosias est bonus prelatus qui reuera de iberusalem id est de ecclesia sibi commissa debet cultum ydolorum id est ritum omnium viciorum eradicare et cultum dei et morum inserere et plantare. Auferat igitur inde excelsa id est superbos et presumptuosos. ydolatria id est factos et supersticiosos. curru solis id est auaros volubiles et in mundi negotijs labiosos equos id est lasciuos: incensatores milicie celi id est diuitu adulatores effeminatos id est inconstantes et imbecilles sacerdotes ydolorum id est malos familiares fautores et officiales. tales enim de ecclesia debent subtrahi et bone persone que colant et timant dominum subrogari. **M**athie viceimoseando. Malos male perdet: et vineam suam alijs locabit agricolis. **H**ic habemus qd pharaeo nechao rex egipci cu transire vell per terram iuda ad preliandum contra regem assiriorum iuxta eufratem exiit ei obuiam. **I**osias rex nec voluit acqescere qd non iret. Ab illo ergo occasus est iosias in prelio in campo magedo et filius eius ioacham

Regū.

qui fuit malus eidem substitutus quo a pharaone amoto filius eius ioachim rex est factus qui a nabugodonozor victus fuius est effectus quo mortuo filius ipsius ioachim contra nabugodonozor rebellis ab ipso captus est et cum uxore et filiis et maioribus populi in babiloniam ductus et captiuatus et solus populus pauperum derelictus super quos fuit zedechias pater ipius ioachi rex creatus quo se tandem contra nabugodonozor repugnante sub ipso israel capit et ipse exercitus et viuens ipsiis cum eo in babiloniam captiuatur et sic per diuersas clades regnum iuda terminatur.

Sicut enim dicit hic textus de us omnino populum istum a facie sua submouere decreuerat et maxime propter peccata manasses qui cruento innocentium babilonie purpuravit qua propter nec propter bonitatem ioseph fuit placatus sed pocius propter peccata populi rex iustus fuit eis subtractus. **I**ustus enim fuit ioseph in tantum quod dictum hebrei ubi cum iuxta arborum et fontem occisus fuit fons et arbor protinus aruerunt. **S**ic scriptum est quarto regum vicesimoterio similis illi non fuit ante eum rex qui fuerit ad dum ex omni corde suo et in tota anima sua et viuisa virtute sua iuxta omnem legem moysi neque post eum surrexit si

milis illi. rerumtamen non est auctor dominus ab ira furoris sui magni. quod iratus est furor eius contra iudam propter irritaciones quibus provocauerat eum manasses. **D**ixit itaque dominus Ecce iuda aufera a facie mea sicut abstulerat israel. et piciam ciuitatem hanc quam elegi babiloniam et domum de qua ego dixi Erit nomen meum ibi. et ceterum Reliqua autem sermonum ioseph et viuenda que fecerat nonne haec scripta sunt. ac.

Ista si vis possunt exemplariter allegari quod rex vel platus sunt quoniam ruine populi et econtra babylonem de ioseph iusto qui propter peccata populi moritur et eis subtrahitur et secundo regum xxij. De morte populi israel quod propter peccatum dauid regis quod numeravit populum ab angelico trucidatur. **V**el allega quod ultimum infinitum solent multa infirma pœdè. ut tribulacio pœdès possit esse sequenti signum. sicut prius ubi destructione babilonie multe clades et infirmia pœsse erit. **V**nde gregorius dicet in omelia. quod ultima tribulacio multis tribulacionibus pœnit. **V**el dic quod fons misericordie et arbor fructificacōis et opulētiae in ecclesia vel priora siccata quoniam ioseph. i. iustus platus vel princeps subtrahitur vel ab ea auferitur. **V**el quoniam videtur quod ioseph. i. rex non est propter plurimum moritur arbor et virorum totius lascivie fons et humor carnis totius concupiscentie debet

Quart.

in nobis arescē et cēssare et pro
morte ei? dēm? plangē et dolere

Rex babilonis remēs in
ibrlm trāstulit inde re-
gē ioachim et m̄rēm ei?
et eunuchos illius: iudices et vi-
ros robustos et bellatores· arti-
fices quoq; et inclusores in babi-
lonē traxit: oēs psonas nobiles
de ibrlm sustulit et exceptis pau-
peribus nichil in vrbe reliquit **I**-
bidē zedechiā pessimū regē ordi-
nauit· quē tandem captū exēcauit
et filios suos ante eū interfecit:
et eū vincū et cēcū in babilonē
deduxit. **R**ex babilonis ē dy-
abol? q̄ est rex sup oēs filios su-
ppie. **J**ob xli. Iherusalē ē eccīa
que dī esse pacifica et quieta. p̄s
Progate que ad pacē sūt iheru-
salē. Joachim qui interptat̄ p̄
paratus dño ē bon? prelatus ad
mādata dīm semp obedīes et pa-
tus. p̄s Parat̄ sū et nō sū turba-
tus ut discā mādata tua. Sed es-
chias vero qui rex fuit mal?· ma-
lū p̄latū significat **I**git̄ ista vi-
det̄ esse veritas q̄ hodiernis tē-
porib⁹ rex babilōis dyabol? de-
iherusalē. i. de eccīa videt̄ trāstu-
lisce et amouisse ioachim. i. bo-
nū p̄latū et diligētē m̄rēm ei?
i. pietatē oīa nutrītē: v̄xorē e?
i. caritatē oīa ūigētē: iudices
eius. i. iusticiā oīa iudicantē: eu-
nuchos eius. i. castitatē impudi-
cīcie repugnantem: viros robu-
stos ei? i. fortitudinē vicia de-
bellantē: artifices ei? i. discrecōz

prudenter opantē: inclusores
eius. i. būilitatē oīa bona celan-
tē et includentē. et solū ibi dimi-
fit vt videt̄ paupes populi idē
auariciā oīb⁹ indigentē et ibi p̄-
fecit zedechiā. i. malū p̄latū oīa
subuertentē **P**recedente em̄ et de-
ficiente bono p̄lato ab eccīa oīa
deficiūt: et succēdēte malo om̄ia
mala succēdūt. et sic crescūt. p̄u-
xxvij. Regnantib⁹ impijs rui-
ne hoīm. **V**el dic q̄ iherusalē
ē aīa a qua p̄ certo q̄n nabugo-
donosor dyabol? captiuat et trās-
fert bonū regē ioachim dño p̄pa-
ratū. i. bonū et bene morigeratū
affectū et substituit malū ēgē ze-
dechiā. i. affectū malū et iordina-
tū. tūc ē nccē q̄ fil̄ tō v̄tutū failia
trāfferat̄ sic s̄: et q̄ paupes. i. vi-
cia ibi solūmō reliquāt̄ **O**bi ei n̄
ē gubernator. p̄lūs corrueſt sic
dicat̄ p̄u. ri **V**el dic q̄ rex iste
i. dyabolus videt̄ ab eccīa ab-
stulisse ioachimi dño p̄paratū. i.
bonos p̄latos et diligentēs ma-
tres. i. viros pios v̄xorē. i. viros
sociales et caritatiuos eunuchos
qui sc̄ se castrauerūt ppter reg-
nū celoz idest viros castos ro-
bustos idest viros pacientes so-
lidos bellatores idest viros pre-
dicādo vel docēdo vel bñ opando
strennuos artifices et doctores
scientificos inclusores. i. viros
humiles et absconsos. et breuit
oēs notabiles virtuosi et mora-
les vident̄ ab eccīa defecisse et i
babilonē id ē in pectatū captiuū

Regnū.

ducti fuisse et operante rege dy
abolo perisse. **Tre.** p. **M**anū
suā misit hostis ad oia desidera
bilia eius. **Vnde** ecclā videt iā
lamentando dicē illō tren. pmo
Virgines mee et iuuenes mei in
captiuitatē abierūt: sacerdotes
mei et senes mei in vrbe cōsūpti
sūt. **E**t breuit̄ nō videt̄ ibi eliciti
n̄ paupes. i. viri v̄tutū dicens ca
rētes a p̄ auariciā dicens t̄palib⁹
indigētes. **S**ed ecbias rex. i. cēt⁹
maloy p̄latoꝝ substituit̄ q̄ a dy
abolo diuīsis vicijs capit̄ a pp̄t
sūū defectū in p̄nūcia sua filij sui.
i. subdit̄ p̄ diuersa pccā occidū
t̄. **I**pse vero p̄ obstinacōe; a ig
noratiā exēcat̄ et finaliter a dy
abolo in babilonē. i. in infernū.
captiuaf et miserabilit̄ morit̄
et necat̄ **Psa.** xli. **Q**uis cœus ni
si seruus meus.

O **V**m̄ sedecbias rex iuda
qui iuramētū fecerat ēḡ
babilois ab eo recessis
et ex hoc exercit⁹ caldeorū ibe
rusalē obsidēt. factū ē ḡ p̄uale
scēte fame in ipa cītate iberusa
lē interrupta ē cītas. et viti bel
latores fugerūt nocte p̄ viā por
te q̄ ē int̄ dupliōe murū ad ortū
reḡ. fugit et sedecbias p̄ viā q̄
ducit ad cāpestria solitudinis et
cōphēdit eū exercitus caldeorū
et bellatores qui erāt aī eo disp
si sūt. et reliqrūt eū. **Q**uē cōphē
sū ad regem babilois in rebilata
duxerūt. Qui statī in cōspā ei⁹
filios eius occidit. et oculos ei⁹

effodieſ ipsū vincitū cahentis in
babilonē captiuū durit. **N**abu
zardā vero p̄nceps exercitus cal
deorū iberusalē succēdit: mu
rū eius in circuitu dissipauit. co
lūpnas tēpli cōtrivit: mare ene
ū bases a luteres vasaq; tēpli q̄
fecerat salomō seū in babilonē
depontauit. a populus q̄ iñetus
est i iberusalē captiuauit. **I**sta
p̄nt allegari ad felicitatē vel ife
licitatē falso y aīcoꝝ qz p̄cto ꝑ^g
diu rex iuda. i. q̄uīq; p̄nceps
mūdi ē i suis palacijs p̄sperita
tib⁹ et solacijs p̄ncipes sui offici
ales bellatores et aīci aī eo libē
morat̄ et ip̄z sibi associat̄ et coi
tiuam ei⁹ secutāt̄. **S**i vē cōtīgat
ḡexcit̄ caldeorū. i. m̄di ifortuā
atra ip̄z p̄ualeāt. tē statī fugiūt
et ip̄z solū dēliquūt. **E**x^m ē de a
postolis q̄ dñz suū xp̄z i cena as
sociauerūt et aī a iudeis capt⁹ ē
oēs eo relicto fugerūt. **Eccā.** vi. **E**st
aīc⁹ socius mēsc a nō p̄manebit
in die nccitatis. **V**el dic ꝑ zede
cbias ē p̄cōr q̄ ifra muros cīta
tis sue. i. ifra abitū corporis ē fidēs
et ibi in delicijs viuēs parū cu
rat de rege babilonis. i. de dy
abolo rege inferni ꝑuis peccādo
p̄misit ei famulatū a ei obedi
endo visus fuerit aī ipso atrabē
q̄ddā pactū iux illō p̄sa. xxvij.
Pepigī? fed̄ aī morte et aī ifer
no fecī? pactū. **S**z p̄cto dū non
adūtit. iste ē dyabol⁹ atra istū
exercitū suum sciz infirmitatem
mortem et ifortunia mittit. et

ciuitatē ubi habitat sc̄z corp⁹ p
mortē laniat et subūtit. **Igit⁹** iste
exercitus urbe ista corporis di-
cuta istū ad regē babilomis id ē
dyabolū et infernū adducit et vi-
nis bellatorib⁹ qui intrabāt cū eo
·i· cūctis amicis eius et socijs ip-
sū dimittentib⁹ et ab eo fugienti
bus ipse exēcatus et lumine glo-
rie et grē p̄uatus et catena eter-
ne dampnaōis ligatus in babi-
lonē ·i· in infernū descēdet. **Ma-**
thei xxij. Ligatis manib⁹ et pe-
dib⁹ mittite eū in tenebras exte-
riores. **Vel dic q̄ rex et p̄nceps**
babilomis dyabolus mediante
exercitu vicior⁹ iberusalē id ē ec-
clesiā vel religionē igne cupidita-
tū incēndit ·muros obseruancie
regularis et diuinoꝝ mādator⁹
in ipso destruit et eā p̄ nabuzar-
dā p̄ncipē milicie sue id ē p̄ mū-
di tirānos et impios ·diuersis tri-
bulacionib⁹ obfidet et multipli-
citer laniat et subuertit. **Regem**
ei⁹ ·i· platos exēcatus et catenis
·i· diuersis carnalib⁹ cōplacen-
cīs ipsos ligat et finaliter i bas-
bilone ·i· in infernū oplantat ·et
populū iphius p̄ peccatū dissi-
pat et captiuat. **Etiā ab ista ec-**
clesia tollit columpnas ·i· viros
fortes et cōstantes ·mare eneū
·i· viros amaros cōtritos et pe-
nitentes ·vasa altari⁹ id ē viros
deuotos dñō seruētes. **Oia ista**
solet dyabolus ab ecclā tollē et
ipāz destructā dīmittere · ita q̄
iā videt⁹ quasi de bonis p̄sonis

et de virtutib⁹ nuda eē Vn treñ.
p̄mo p̄ corde eius destructure: sacer-
dotes ei⁹ gem̄tes: v̄ ḡies ei⁹ squa-
lide et ipsa opp̄ssa est amatitu⁹
dime. **Vel dic moralē q̄ iberu-**
salē eā quā p̄ certo q̄n rex ba-
bilomis id ē dyabol⁹ capit statī
domū dei ·i· deuocōnē ad deū ·do-
mū p̄ncipū ·i· deuocōnē ad san-
tos ·muros ·i· mandator⁹ obſ-
uanciā ·portas ·i· sensuū capa-
cates destruit ·et igne oculis
cie circaquaq; succēdit: regē ei⁹
id est intellectū p̄ ignoranciā exē-
cat et eū p̄ diuersos errores alli-
gat. **Tandē** istā miserā ciuitatē
oībo bonis spūalib⁹ spoliat atq;
p̄uat. **Nam** fuit idē sublate sūt
colūpne et bases mare eneū olle-
trulle fiale mortaiola tridētes cī-
phiſ" qđ dī h̄ic dyabol⁹ tollit
ab aīa peccatrice colūpnas fir-
mitatis bases hūilitatis māe cō-
trictioꝝ ollas caritatis trullas
lenitatis phialas deuocōis mor-
taiola dīni timoris tridētes pe-
nitencie cīphos spiritualis scīe.
Treñ ·p̄mo **M**anū suam misit
hostis ad oīa desiderabilia eius.
Colūpna eīi debet eē stabilis h̄
est oīstancia basis infima hoc est
hūilitas mare sonat amatitudi-
nē hec est oītricio olla continet et
feruet hec est dilectio trulla pa-
rietes lenit hec ē benignitas p̄bi-
ala liq̄res oītin; h̄ ē deuocō mor-
taiolū specieꝝ oīterit hec ē timor
dei tridens mordet et tres dētes
hab̄; hec ē p̄ma ·quib⁹ tres p̄teſ

Regū. q̄rt.

sūt. ciphus vīmū effūdit h̄ ē scia
Oia em̄ ista ab ecclā p̄ dyabolū
subtrahūt quādo platus vel rex
ipsius victus exēcat. Ab aia e
cā tollūt et a templo cōscie sub
mouent quādo p̄ vicia dyabolo
subiugat. **H**ic dicit coimestor
q̄ sedechias rex iuda cœus i ba
bil onē ductus dū nabugodono
zor r̄x babiloīs p̄ victoria festū
et coniuuiū faceret. et in vasī q̄
de templo iherusalē apportaue
rat q̄ p̄tē mense sue deputau
rat. partē ydolis dedicauerat bi
beret. pro spectaculo in medū ē
adductus. et cū pot? cōiuātib⁹
mīstriaret de mandato nabugo
donozor isti sedechie exēcato po
tus laxatus extitit mīstiat? quo
bibito in p̄sentia oīm vitupabi
liter ē laxatus seu ecā cōcitat?
et reductus in carcerē. Propter
huiōi derisionē tāto dolore affe
ctus ē q̄ infra breue tēp? mortu
us ē. Et audita cā mortis eius.
honorificē p̄ nabugodonozor ē
tumulatus. **I**sta p̄nt applicat
mīsticē quādo quis p̄ ignoratiā
vel obſtrūtiōem ē cœatus a na
bugodonozor. i. a dyabolo i ba
biloēz. i. in statū peccati captiu
atur. et sepe fit q̄ ad cōiuuiū bo
norū op̄m tpaliū adducit. vbi
potus laxatiū? .i. vbi mūdi p̄
spēritas diuiciatūq; et deliciar
vbtas q̄nq; p̄ ip̄z nabugodono
zor dyabolū sibi dat. **P**s Ecce ip
si p̄cōres in seculo obtinuerunt
diuicias. **I**sta ei potus laxatiū?

dicūt q̄ sc̄ q̄stali p̄ tu diabol?
iebat. facilē ad oia vicia ē ma
xie ad luxuriā auariciā et supbi
ā r̄larāt et ignomīose corā alijs
p̄ vicia defūdat. ita q̄ spectaci
lūm et illusio cunctis efficunt.
Quod potissimum de isto qui e
rat rex iherusalē. i. de platis ec
clē et viris ecclās p̄t dic. q̄ p̄ a
lijs p̄cōrib⁹ spectaculū et derisi
o alijs fiunt q̄n ad ignomīosa
vicia et ad supfluitates et vani
tates seculi se ēvoluūt. **P**s Q̄ es
vidētes me derisēt me. Qui si
naliter in carcē male cōsuetudi
nis peunt. q̄s tam adiutorē si
nē bonū eis p̄dicādo hōrifice se
pelūt et abscondūt. **N**abugodo
nozor dyabolus peccatorē hōri
fice sepelit q̄n in finali peitētia
ip̄z māmter sperat facit. qd ecā
facit p̄ adulatores q̄ r̄tē p̄nt di
ci talū sepultores. **M**ath. viij.
Dimitte mortuos sepelire mor
tuos suos. **E**t ezech. xxix. In
die illa dabo gog locū nomina
sum sepulchrum in israel. **C**
Vel si vī dic q̄ nabugodonozor
dyabolus vasa templi idest vi
tos ecclesiasticos quando ip̄os
de iherusalē in babylonem. i.
de statu gratie i peccatum vel de
religioē ad mūdum transtulit.
ip̄os quādo q; idolis. i. mundi
p̄cipib⁹ et eorum curijs et offi
cijssacerat. et ad potād mala do
cēna cūiuas ei? .i. p̄cōes ip̄os
q̄nq; ordinat et desiḡt. et cetera.
Explīcat maraliza lib reg q̄rti